Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

primi qui sunt ad orientalem pla
gam / in sdo autem mensis / et
pari vlulatu tube leuabant
tentoria qui hitant ad meridiem /
et ueniet huic modu / reliqui
facient vlulatibus tubis in per
secuoe / Cum autem egregiandum
est plus simplex / tubarum
clangor erit / et non conpa
vlulabant / Filii autem aaron sa
cerdotis / clangent tubis / Erit
hoc legitimum in generationibus
vestris / Si exercitus / ad bellum de
terra vestra extra hostes / qui di
micant aduersum vos clagen
tibus vlulatibus tubis / et erit
recordacio vestri coram domino deo
vestro / vt eruamini de manibus
inimicorum vestrorum / Si autem habe
bitis epulum / et dies festos
et kalendas canetis tubis super
holocaustis / et pacificis vic
timis vt sint vobis in recorda
cionem dei vestri / Ego dominus deus ve
stri / Anno secundo mense secundo / vi
cesima die mensis eleuata est
nubes de tabernaculo federis /
Profectus sunt filii israel per mansiones
suas de deserto sinai / et re
cubuit nubes in solitudine pha
ran / Moueruntque castra primi
uexilla filiorum iuda per mansiones suas / cum
princeps fuit naason filius
aminadab / In tribu filiorum
issachar / fuit princeps natha
nael filius suar / In tribu zabu
lon erat princeps / heliab filius
elon / De postrique est taber
naculum / quod portantes egresse
si sunt / filii gerson et merari /
Profectus sunt et filii ruben per
mansiones / et ordinem suum / quorum
princeps erat helisur filius
sedeur / In tribu
autem filiorum simeon princeps
fuit samaliel filius surisaddai /
porro in tribu gad erat princeps
heliasaph filius duhel / Pro
fectusque sunt et caahite portan
tes sanctuarium / Tam diu tab
naculum portabat donec veniret
ad eremodum loci / Moueret
castra et filii effraim per mansiones
suas / in quorum exercitu prin
ceps erat helisama filius ami
hud / In tribu autem filiorum ma
nasse / princeps fuit gamali
el filius phadassur / Et in
tribu benyamin dux fuit
abidan filius gedeonis / Novis
simi castrorum omnium profecti sunt
filii dan / per mansiones suas in quorum
exercitu princeps fuit ahiezer
filius ammisaddai / In tribu au
tem filiorum aser / princeps erat phe
gael filius ochran / Et in tribu
filiorum neptalim erat princeps
ahira filius enan / Hec sunt
castra et profectiones filiorum israel /
per mansiones suas cum egrediebantur /
Dixitque moyses obab filio
raguel madianiti cognato
suo / Proficiscimur ad locum quem dominus
daturus est nobis / Vei nobiscum
vt bene faciamus tibi / quia dominus
bona promisit israheli / Cui il
le respondit / Non vadam tecum / sed
egrediar in terram / in qua nati
sum / Et ille nolli inquit nos
relinquere / Tu enim nosti in
quibus locis per deserti castra
ponere debeamus / et eris dux
noster mihi / Cumque nobiscum veneris
quicquid optimum fuerit ex omnibus quae
nobiscum tradituri sumus dabimus tibi / Profecti sunt ergo
de monte domini / via trium dierum